

CLXXXIX.

Dat. 16 Sept.
1713. An. 13.

Mandatur Ordinarius quamplurimum nationum, & Generalibus Religioforum Ordinum, ut commendari curent Populis Christianis Captivos.

Idem mandatum extat Consi. ed. 1709, Maji 25, P. 9. Inn. XIII. Consi. ed. 1721, Nov. 21, P. 1. confirmatur literę Urb. VIII. pro indigentibus locorum Terrę Sanctę.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Causa pre-
sentis Consi-
tutionis, &
preces Procra-
toris Gen-
O d. SS. Tri-
nitatis Red.
Captiv.

CUM sicut dilectus filius Hieronymus Cavizzudo in Sacra Theologia Doctor Minister, & Superior Conventus Sanctę Franciscę Romane de Urbe, necnon Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctis. Trinitatis Redemptionis Captivorum, Nobis nuper exponi fecit, Christianos multo numero sub dura Barbarorum servitute cum gemino corporis, & Animę periculo detineantur, quia vero illorum redemptio pluribus ab hinc annis tam propter bella, ac Regionum direptiones, quam propter Conventuum egestatem, & elemosinarum diminutionem intermissa fuit, unde eorumdem Captivorum calamitates, & pericula in dies ingravescent; dictus Hieronymus Procurator Generalis Christianissimum pietatem ad opus adeo pium excitari plurimum desideret.

§. 1. Nos ipsius Hieronymi Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatis existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilibus Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Francisci Marię Casini Tituli S. Priscę S. R. E. Cardinalis S. Priscę nuncupat. dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super presentibus Cardinalibus facta, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Regnorum Castellę, Beticę, Aragonię, Valentię, Principatus Catalanię, Insularum Majoricę, & Minoricę, ac itidem Regnorum Sardinie, Legionis, & Navarrę, Francie, necnon Provinciarum Campania, Picardię, Normandię, Ovitanię, Provincię, Belgii, Italię, Portugalię, & Sicilię, ac Civitatum Neapolitan., Januę, Taurinę, & Alexandrinę, Provincię Mediolanę, respective Ordinarius, necnon dilectis filiis Superioribus Generalibus quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium harum serie, auctoritate Apostolica precipimus, & mandamus, ut saltem duobus vicibus quolibet anno, Adventus scilicet, & Quadragesimę temporibus in suis respective Ecclesiis, tam per verbi Dei Prędicatores in Sacris Concionibus, quam aliis actionibus, &

Mandatum
pred.

functionibus publicis prędictorum Christianissimum Captivorum miserias, & calamitates Populo proponi, & commendari curent, & faciant, ut eorum exhortationibus stimulentur Christianissimi ad elemosynas largiter conferendas, quibus Redemptores dicti Ordinis eosdem Captivos a dicta servitute hujusmodi redimere, ac illorum spirituali consolationi, corporaliq. salutem Domino benedicente valeant providere, salva tamen semper in presentibus auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quę ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorę sub Annulo Piscatoris die XVI. Septembris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Clausula.

C X C.

Conceditur Congregationi Monachorum Vallis Umbrosę communicatio privilegiorum quorundam Ordinum, & Congregationum.

Dat. 28 Sept.
1713. An. 13.

Privilegia Congregat. Cassinensis concessa fuer. a Jul. II. Et quedam alia a Clem. X. Consi. ed. 1671, Oct. 2, P. 2.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, quod inscrutabilis divinę Sapientię, atque bonitatis altitudo humilitati nostre committere dignata est; salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, Religiosos viros sub suavi Christi jugo vota sua reddere, uberesque bonorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentes ut eo alacrius pietatis exercitiis incumbant, favoribus, & gratiis libenter prosequimur opportunis.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Columbinus Bassi Abbas Generalis Monachorum Congregationis Vallis-Umbrosę Ordinis S. Benedicti, quod alias postquam Monasteria dictę Congregationis an. 1484. simul unita, & in Congregationem a fel. rec. Innocentio PP. VIII. Prędecesore nostro auctoritate Apostolica erecta fuerant, pia mem. Jul. PP. II. pariter Prędecesor noster eidem Congregationi omnia, & singula privilegia, & Indulta Congregationi Cassinensi. alias S. Justinę de Padua dicti Ordinis a Sede Apostolica concessa communicavit; Deinde vero similis me: Pius PP. V. etiam Prędecesor noster per quasdam Literas Apostolicas anno 1567. desuper expeditas privilegia Ordinum Regularium Mendicantium ad undecim Congregationes extendendo, etiam primodictam Congregationem inter alias enumeravit, sed successive prędictis Pii Prędecesoris literis a rec. mem. Gregor. PP. XIII. itidem

Varia privilegia concessa Congregationi an. 1484. erectę, & can. se presentis Concessionis.

Prędecesore nostro revocatis, Congregationes Monasticę fere omnes cum pro obtinenda privilegiorum Ordinum Regularium Mendicantium hujusmodi communicatio ad nonnullos Romanos Pontifices Prędecesores nostros recursum habuissent, vigore Indulutorum specialium eis concessorum dictam, ac universalem eorumdem privilegiorum, ac gratiarum, quibus Ordines Regulares tam Mendicantes, quam non Mendicantes fruuntur communicationem sibi concedi obtinuerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, eadem primodicta Congregatio Vallis-Umbrosę hac universali communicatione de presentibus destituta reperitur, ac proinde dictus Columbinus Abbas Generalis prędictę suę Congregationi omnia, & singula privilegia, gratias, & Indulta quęcumque a Sixto V., Clem. VIII., Gregorio XIV., Paulo V., Gregor. XIV., Urbano VIII., ac Innocentio XII. Romanis Pontificibus, etiam Prędecesoribus nostris Congregationibus S. Hieronymi Hispanię Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, necnon Monachorum Camaldulensium, Cisterciensium, Coelestinorum, & S. Mauri in Gallia, necnon Carthusien., & Sanctis. Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordinibus respective concessa, ac quibus Congregationes, & Ordines prędicti quomodolibet utuntur, & gaudent, a nobis communicari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in presentibus opportune provideere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Congregationem pręfatam, quam peculiari paternę charitatis affectu prosequimur, ipsamque Columbinum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & singulares Congregationis hujusmodi personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilibus Fratrum nostrorum Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Caroli Augustini ejusdem S. R. Eccles. Cardinalis Fabroni nuncupat. prędictę Congregationis Vallis-Umbrosę apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super presentibus eisdem Cardinalibus facta, memoratę Congregationi Vallis-Umbrosę, petitum Indultum, seu communicationem dicta auctoritate tenore presentium concedimus.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque, in presentibus per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Preces Abbat. Gen. pro d. Communicatione privilegiorum sigillatim expositum.

Concessio
pred. Com-
munications.

Clausula.

§. 5. Non obstantibus presentibus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictę Congregationis Vallis-Umbrosę, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium presentium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad presentium effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut eorumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quę ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorę sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

C X C I.

Conceditur Indulgentia plenerp. pro Ecclesiis Fratrum Capucinorum in Festis SS. Paschalis Baylon, & Jo: a Capistrano.

Dat. 11. Oct.
1713. An. 13.

Ab Inn. XI. Consi. ed. 1689, Maji 19, P. 13. concessa fuit facultas applicandi quandam Indulgentiam animabus Defunctorum. Et Bened. XIII. Consi. ed. 1709, Mar. 12, P. 5. extat. Beatificatio B. Fidelis.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianissimilibus presentes Literas inspecturis salutem, & Apostol. benedictionem.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem Cęlestibus Ecclesię Thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christianissimilibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum ubique existent. in Sanctorum Paschalis Baylon, & Joannis a Capistrano a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote viderint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haresum extirpatione, ac Sanctę Matris Ecclesię exaltatione pijs ad Deum preces effuderint, quo die prędictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus validuris.

Concessio
pred. Indul-
gentie.

§. 1. Volumus autem, ut eorumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus

Clausula.

X x a

fides

fides ubique locorum habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam. Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Octobris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXCII.

Dat. 11. Oct. 1713. An. 13. Decernitur, servandum esse solitum super suffragio ferendo a Superioribus cujuscumque Cœnobii Fratrum Ordinis Prædicatorum in Provinciis Indiarum Occiden: non obstantibus Constitutione Pauli V.

Laudata Pauli V. Const. edita fuit 1611, Decembris 23. Idem concessum fuit Provinciis S. Antonii, & S. Crucis ab hoc Pontifice Const. edita 1712, Julii 2, P. 12; necnon Eremitis S. Augustini Const. edita 1713, Junii 21, P. 13. Et Innoc. XIII. Constitut. edita 1722, Apr. 24, P. 1 conceduntur Provincia Mexicana octo gradus Magisterii.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Idem antea definiti fuerat a Congregatione pro Provinciis S. Antonii, & S. Crucis.

Lias pro parte Provinciarum S. Antonii novi Regni Granatenfis, & Sanctæ Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum in Indis Occidentalibus Nobis exposito, quod licet praxis inconcussa inolevisset, Priores, seu Vicarios illorum Conventuum, seu Dotorum, tametsi sufficientem Religiosorum numerum minime alerent, ita ut in nonnullis ex eisdem Conventibus quatuor Religiosi, ac etiam unus uti Prior, seu Vicarius permaneret ad Provincialia Capitula cum Voto, & loco in Superioris Provincialis electione juxta etiam approbationem fel. rec. Clementis VII., Pauli III., Gregor. XIII., & Alexandri etiam VII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum semper accessisse, nihilominus nonnullis ab hinc annis ab aliquibus factionariis scandalose præsentem fuerat, Provincialium, seu Vicariorum electiones cum Voto, & suffragio eorundem Priorum, seu Vicariorum sic celebratas nullas, & irritas fuisse, & quidem vigore quarundam pæ mem. Pauli PP. V. pariter Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis die 23. Decembris 1611. expeditarum literarum, quibus præscribitur, quod dicti Conventus, seu Domus numerum saltem octo Religiosorum alere non valentes perpetuo supprimi, aut fratres in tam exiguo numero inibi viverent, ad alios Conventus, ubi regularis vigeret observantia transferri deberent. Et in eadem expositione subjuncto, quod ejusdem Pauli V. Prædecessoris Literas hujusmodi per Episcopos, & Archiepiscopos eorundem Indiarum quorum arbitrio illarum executio remissa fuerat, executioni unquam demandatas fuisse non constabat; Imo Vener. Frater Archiepiscopus Sanctæ Fidei infrascriptæ Cardinalium Congregationi per peculiare literas ipsi directas retulerat, impossibile prorsus fore ad earum executionem devenire; Ideoque eorundem Provinciarum nomine nobis supplicato, ut in dictis Provinciis tam circa perma-

mentiam memoratorum Conventuum, quam accessus, ac suffragia danda ab illorum Prioribus, & Vicariis in ejusmodi Capitulis Provincialibus non obstantibus prædictis Pauli V. Prædecessoris literis. Solitum servari mandaverimus. Nos controversiam hujusmodi ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum examinandam remisimus; Ipsa vero Congregatio per suum Decretum die 10. Junii anni proxime præteriti emanatum rescipit, quod solitum servaretur, prædictis Pauli V. Prædecessoris literis, & aliis quibuscumque non obstantibus.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit ne eadem præterisiones, & scandala in omnibus aliis dictarum Indiarum Occidentalium Provinciis prædicti Ordinis vigeant, seu irrepan, ac proinde in illis, id quoque quod pro prædictis Provinciis Sancti Antonii, & Sanctæ Crucis Decretum fuit, servari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de supradicta Congregationis Cardinalium consulto, ut de cætero in reliquis eorundem Indiarum Occidentalium Provinciis ejusdem Ordinis, prædictis Pauli V. Prædecessoris literis, & aliis quibuscumque minime obstantibus, servetur solitum auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & suffi-

Causa sequentis Decreti, & preces Procuratoris Gen.

Decretum præd. pro aliis Provinciis.

Causale.

& sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem. sub Annulo Piscat. die XI. Octob. MDCCXIII. Pontificat. nostri anno Decimotertio.

CXCIII.

Dat. 20. Oct. 1713. An. 13.

Decernitur, excludendos esse a Diffinitorio Gen. Ex. Vicarios Gen., & servandam quamdam formam in constituendo Vicegerente Provinciarum Congregationis Observantia Lombardie Fratrum Eremit. S. Augustini.

Hac de re vide Constitutiones Ordinis editas 1664, & die 18 Julii confirmatas ab Alex. VII. Hujus Pontificis Const. edita 1714, Nov. 12, P. 14 agiunt de visitatione Cœnobiorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti Nobis divinitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut prospero Christi fidelium Altissimi obsequii sub faavi Religiosis jugo mancipatorum statui consulere, & ea, quæ Regulari Disciplinæ impedimentum adferre noscuntur, quantum cum Domino possunt e medio tollere studeamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Congregationis Observantia Lombardie nuncupar. Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod eadem Congregatio, cui dudum ob Regularem Observantiam tunc in ea vigentem nonnulla privilegia a Sede Apostolica concessa fuerant, adeo a primævo ejus instituto excedit, ut ei Novitiorum vestitio suspensa fuerit; Una vero ex præcipuis causis, quæ relaxationi in dicta Congregatione fomentum præbuit, est perpetuitas gubernii, & dispotici domini, quod quinque ab hinc annis in ea ad favorem Vicariorum Generalium absolutorum introductum fuit, quippe qui, cum nullum Superiorem realiter recognoscant, omnia in eadem Congregatione ad eorum libitum disponunt, eo quia ii, qui Vicarii Generalis munere functi sunt, remanent perpetui Diffinitores cum voto in omnibus Capitulis, Dietis, & Congressibus ordinariis, ac extraordinariis ejusdem Congregationis, & præsertim Diffinitorii Generalis. tametsi ipsi locus juxta ejusdem Ordinis Constitutiones 3. par. cap. 9. §. 7. num. 5., dictæque Congregationis Diffinitiones antiquas capit. 30. num. 37., quarum vigore Diffinitorium Præsidente scilicet, Vicariis Generalibus, actuali, & proxime absolute, quatuor Diffinitoribus, ac totidem Visitatoribus componitur, minime competat, & exin-

Ex Vicarii Gen. constituti fuerunt perpetui Diffinitores cum voto a Capitulo Gener. 1664, & deputari solet in Vicegerentes perpetuos contra Constitutiones Ordinis, & Apostolicas.

Hinc inconvenientia, & corruptela.

Preces Congregationis pro opportuno remedio.

de oritur, quod cum ad idem Diffinitorium Priorum, aliorumque Officialium electio spectet, Vicarii Generales absolute in omnibus electionibus perpetuo se ingerunt; Nec Diffinitoratus gradu perpetuo contenti, in Vicegerentes proprii districtus, seu Provincie cum præcedenti supra Superiores locales, imo etiam supra ipsos Diffinitores, & Visitatores, qui, ad formam earundem Constitutionum, & Diffinitionum, omnibus aliis, præterquam Vicariis Generalibus, actuali, nempe, & immediate absolute, præcedere debent, constitui, & deputari curant: Ideoque Vicegerentes, id est Provinciales perpetui eorum districtus, seu Provincie sunt, non obstante quadam Constitutione a fel. rec. Martino Papa V. Prædecessore nostro, quæ incipit: Pro cunctis &c. desuper edita, per quam prohibetur expresse, ne Provinciales completo triennio eorum Officii in eo continuare valeant. Porro plurima numerantur inconvenientia, quæ ex præmissis oriri solent, quorum primum est dispendium Conventuum, qui ultra ordinarias collectas, quas pro manutentione Vicarii Generalis persolvunt, nedum illas prædictis Vicegerentibus, verum etiam expensas itinerum occasione eorum accessus ad Capitula dictæ Congregationis, contribuere teneantur. Præterea memorati Conventus aliis sumptibus, & dispendiis gravati reperiuntur; nam Priores, alique Officiales, qui ararium administrant, benevolentiam illorum, a quibus unice in spem adducuntur se gratis, & beneficiis affici, ita captare student, ut Religiosorum indigentis consulere, ac officinas, eorumque cellas rebus ad id necessariis instruere, necnon in Conventibus ejusdem Congregationis Religiosorum numerum, valde minorem eo, qui ali possit, non sine cultus Divini, ac Ecclesiarum servitii detrimento, retinere negligant. Alterum vero inconveniens existit, quod omnes Religiosi ab arbitrio, & voluntate ipsorum Vicariorum Generalium absolutorum unice dependent: Ita ut Prioribus, aliiisque Officialibus solus titulus remaneat, ac mandata ipsius Vicarii Generalis, ut plurimum illis Vicegerentis, non sine maximo scandalo, possint imponi; nec Superiores Locales illis sese opponere, nec Religiosi contra hujusmodi abusum reclamare audent, quia omnes sperant eosdem Vicegerentes sibi gratos fore, unde gratiam apud eos querere, illorumque desiderii obsecundare procurant.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, perpetuitas Superiorum in guberniis hujusmodi, ita Regulari Observantia obnoxia, in Capitulo Generali memoratæ Congregationis in hac Alma Urbe nostra anno 1664. celebrato, in quo nonnullæ Diffinitiones factæ, ac postmodum a rec. mem. Alexandro VII. etiam Prædecessore nostro per quasdams suas desuper in simili forma Brevis die 18. Julii ejusdem anni expeditas literas, confirmatæ fuerunt, introducta fuerit, experientia vero plurium annorum compertum sit illam eidem Congregationi magnum præjudicium attulisse, ac propterea ipsi Exponentes, quo abusus hujusmodi de medio tollantur, Regularisque Observantia in ea restituantur, ejusmodi perpetuitatem per Nos aboliri, necnon, prærogativas eorundem Vicariorum Generalium absolutorum ad terminos, in quibus ante prædictum Capitulum Generale reperiebantur, per Nos